Orationen während der heiligen Messe

Orámus te, Dómine, per mérita Sanctórum tuórum quorum reliquiae hic sunt, et ómnium Sanctórum: ut indulgére dignéris ómnia peccáta mea. Amen.

****

Ab illo ben+edicáris, in cujus honóre cremáberis. Amen.

****

Per intercessiónem beáti Machaélis Archángeli, sanctis a dextris altáris incénsi, et ómnium electórum suórum, incénsum istud dignétur Dóminus bene+dícere, et in odórem suavitátis accípere. Per Christum, Dominum nostrum. Amen.

Incénsum$_1$ istud$_2$ a te$_3$ benedíctum$_4$ ascéndat$_5$ ad te, Dómine$_6$ et descéndat super nos$_7$ misericórdia$_8$ tua$_9$

Dirigátur, Dómine, orátio mea, sicut incénsum, in conspéctu tuo: elevátio manuum meárum sacrifícium verspertínum.
Pone, Dómine, custódiam ori meo, et óstium circumstántiae lábiis meis: ut non declínet cor meum in verba malítiae, ad excuáandas excusatiónes in peccátis.

Accéndat in nobis Dóminus ignem sui amóris, et flammam aetérnae caritátis. Amen.

Oráte, fratres:
ut meum ac vestrum sacrifícium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.

Suscípiat Dóminus sacrifícium de mánibus meis ad laudem, et glóriam nóminis sui, ad utilitátem quoque nostram, totiúsque Ecclésiae suae sanctae.

****

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi.

****

Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

****

Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam tuam in vitam aetérnam.

****

Corpus tuum, Dómine, quod sumpsi, et Sanquis, quem potávi, adhaereat viscéribus meis: et praesta; ut in me non remáneat scélerum mácula, quem pura et sancta refecérunt sacraménta: Qui vivis et regnas in sáecula saeculórum. Amen.

Ablauf der heiligen Messe

1. Stufengebet
2. Introitus
3. Kyrie
4. Gloria
5. AK+DV: Oratio
6. Epistel
7. Graduale, Alleluja, Tractus
8. Munda cor
9. DV: Evangelium
10. Credo

11. AK+DV: Offertoriumvers
12. Suscipe, sancte Pater
13. Deus qui humanae
14. Offerimus tibi
15. In spiritu humilitatis
16. Veni sanctificator
17. Lavabo
18. Suscipe, sancta Trinitas
19. AK: Orate fratres (Kreis)
20. Sekret(en)
21. Präfation
22. Canon missae

23. Pater noster
24. Pax domini
25. Haec commixtio
26. Agnus Dei

27. Kommuniongebete
28. Kommunion der Hostie
29. Purifikation des Korporale
30. Kommunion des Kelches
31. Laienkommunion
32. Purifikation des Kelches

33. Communio
34. AK+DV: Postcommunio
35. AK+DV: Ite missa est
36. Placeat tibi
37. AK: Segen (Kreis)
38. DV: Schlussevangelium
39. Schlussgebete

Konklusionen bei den Orationen

1. Wenn die Oration an den Vater gerichtet ist:
Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sáecula saeculorum. Amen.

2. Wenn die Oration an den Vater gerichtet und der Sohn am Anfang erwähnt wird:
Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sáecula saeculorum. Amen.

3. Wenn die Oration an den Vater gerichtet und der Sohn am Schluss erwähnt wird:
Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sáecula saeculórum. Amen.

4. Wenn die Oration an den Sohn gerichtet ist:
Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sáecula saeculorum. Amen.

5. Wenn in der Oration der Heilige Geist erwähnt wird:
… in unitáte eiúsdem Spíritus Sancti, etc.